Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8174
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cu decoctione absinthij et thure Caue ne per-
mittas aiam nimis profundari in cogitacionibus
sed diuite per ludos et fabulaciones nec facias floriam
Et cura eius est huttare quo multum vz balneum
Rasis dicit quod dispositi ad melancoliam sunt habentes labia
grossa rubea vel nigra velocis loquele et cito
irascibiles Multi fiunt curati per magnum vsum
absinthij Rasis dicit lapis armenus ablutus quadragita
vicibus et post bis vel ter in aqua rosarum est
vltima medicina datus in electuario vel alio modo
placitum et non est malignus Recipe succi epithimi
ʒ j succi mellisse succi pomorum ana ʒ j s conserue
buglosse ʒ j ij panis zuccari lb. s. lapis armenus ab-
luti et subtilissime pulverizati ʒ iij fiat electuarium in bolis
ad pondus ʒ ij potest dare ij bolos et in aliqua donacione
augmenta bis vel diminue secundum quod effectus tibi de-
monstrabit Ius galli antiqui in quo sunt cocta
volubilis et seue et polipodium bene vz Vt scias
precauere ista sunt signa precedencia melancoliam eruc-
tuacio acetosa sputum aquum ardor sub ypocon-
driis et rugitus ventris per iij vel iiij horas
post comestionem non est semper verum quod quando multitudo
est in corpore humorum melancolicus fit morbus qui dicitur
melancolia Sed quando humor melancolicus misceatur cum sanguine